

PUBLIUS OVIDIUS NASO

AMORES 1, 1

Dichterweihe

1	Arma <u>gravi numero violentaque</u> bella parabam edere - <u>materia conveniente modis</u> .	1	<i>gravis numerus</i>	gewichtiger, ernster Takt
3	Par erat inferior <u>versus</u> —risisse <u>Cupido</u> dicitur atque unum <u>surripuisse pedem</u> .	2	<i>violentus, a, um</i> <i>materia</i>	heftig Stoff
5	„Quis tibi, <u>saeve</u> puer, dedit hoc in carmina <u>iuris</u> ? <u>Pieridum vates</u> , non tua <u>turba</u> sumus.	3	<i>convenire alicui</i> <i>modus</i>	zusammenpassen mit Versmass
7	Quid, si <u>praeripiat flavae</u> Venus arma Minervae, <u>ventilet accensas flava</u> Minerva <u>faces</u> ?	4	<i>versus, us m</i> <i>Cupido</i>	Vers Amor, Sohn der Venus, Gott der Liebe
9	Quis <u>probet</u> in silvis Cererem regnare <u>iugosis</u> , lege <u>pharetratae Virginis arva</u> coli?	5	<i>surripere</i> <i>pes</i>	stehlen, heimlich wegnehmen Versfuss
11	<u>Crinibus insignem</u> quis acuta <u>cuspid</u> e <u>Phoebum</u> instruat, <u>Aoniam</u> Marte movente lyram?	6	<i>saevus, a, um</i> <i>iuris</i>	wild Gen. partitivus, abhängig von <i>hoc</i> die Musen
13	Sunt tibi magna, puer, nimiumque potentia regna; cur opus <u>adfectas</u> , <u>ambitiose</u> , novum?	7	<i>Pierides, um</i> <i>vates</i>	Dichter, Sänger Anhängerschaft
15	<u>An</u> , quod ubique, tuum est? Tua sunt Heliconia tempe? Vix etiam <u>Phoebo</u> iam lyra tuta sua est?	8	<i>turba, ae f</i> <i>praeripere</i> <i>flavus</i>	an sich reißen blond
17	Cum bene <u>surrexit</u> versu nova <u>pagina</u> primo, <u>attenuat</u> nervos proximus ille meos;	9	<i>ventilare</i> <i>fax, facis</i>	in der Luft schwingen Fackel (man stellte sich Venus mit brennenden Fackeln bewaffnet vor, mit denen sie Liebesglut verursacht)
19	nec mihi <u>materia</u> est <u>numeris</u> levioribus <u>apta</u> , aut puer aut longas <u>compta</u> puella comas.“	10	<i>probare</i> <i>Ceres, Cereris f</i> <i>iugosus</i>	billigen, guheissen Ceres, Göttin des Ackerbaus hügelig
		11	<i>pharetrata virgo</i> <i>arvum</i>	die köchertragende Jungfrau (=Diana, Göttin der Jagd) Flur, Gefilde
		12	<i>crines, ium</i> <i>insignis, is, e</i> <i>cuspidis, idis f</i> <i>Phoebus</i>	Locken kenntlich, geschmückt Lanze, Speer Apollo, Gott der Dichtung
		13	<i>instruere</i> <i>Aonius, a, um</i>	ausstatten, ausrüsten böotisch; Böotien ist die Heimat der Musen
		14	<i>adfectare</i> <i>ambitiosus, a, um</i>	ergreifen wollen, streben nach ehrgeizig
		15	<i>an</i> <i>Heliconia Tempe n. pl.</i>	oder etwa die Täler des Helikon (Musenberg in Böotien)
		16	<i>Phoebus, i m</i>	Apollo, Gott der Dichtung (der als Attribut eine Lyra trägt)
		17	<i>surgere, surgo, surrexi, surrectum</i>	hier: beginnen
		18	<i>pagina</i> <i>attenuare</i> <i>nervus</i>	Seite eines Buches, hier: Gedicht (tenuis) schwächen Sehne, Kraft
		19	<i>materia, ae f</i> <i>aptus, a, um</i> <i>numerus, i m</i>	<i>Material, Stoff</i> passend, geeignet hier: Rhythmus (gemeint: das elegische Distichon)
		20	<i>longas compta comas</i>	ein Mädchen mit langem (gekämmtem) Haar

- 21 Questus eram, pharetra cum protinus ille soluta
legit in exitium spicula facta meum,
- 23 lunavitque genu sinuosum fortiter arcum,
 „quod“ que „canas, vates, accipe“ dixit „opus!“
- 25 Me miserum! Certas habuit puer ille sagittas.
uror, et in vacuo pectore regnat Amor.
- 27 Sex mihi surgat opus numeris, in quinque residat:
 ferrea cum vestris bella valete modis!
- 29 cingere litorea flaventia tempora myrto,
 Musa, per undenos emodulanda pedes!

- 21 *queri, queror, questus sum* klagen, sich beklagen (Deponens)
pharetra Köcher
protinus auf der Stelle
- 22 *legere* hier: auswählen
spiculum, i n Pfeil
- 23 *lunare* biegen (zum Schuss vorbereiten)
sinuosus gekrümmt
arcus, us Bogen
- 24 *opus* Stoff
- 25 *me miserum!* *Akk. des Ausrufs!* „Ich Armer!“
sagitta ae f Pfeil
- 26 *uror* von urere (vgl. Anm. Vers 8)
 27 *numerus* Versfuss
residere s. senken;
- 28 *modus, i m* hier: Versmass (gemeint ist der Hexameter, das Versmass des Epos und seiner Kriege)
- 29 *cingere* Imperativ Passiv von cingi: sich umwinden, umkränzen
litorea myrtus f Myrte, die am Strand wächst (Venus geheiligt)
flaventia = flavus (Vers 7)
tempora Schläfen
- 30 *emodulari* besingen
undeni je elf
pes, pedis hier: Versfuss